

dici nequit: imò λόγος, ut simplicissimus, omnia prorsus mutationis est expers, ac nibilo magis ipsi vel perfectionis vel imperfectionis accedere potest, quàm ipsa divina Essentia quicquã mutationis accipit: interim tamen, Filius sibi uniendo naturam humanam, eamque in ὑποστάσεως suæ κοινωσίαν assumendo, simul omnia ipsius ιδιώματα per ἰδιοποιίαν ut veteres loquebantur, ita appropriavit ut tam vere ipse FILIVS DEI passus sit in carne sua, quàm si ipsa divinitate, quod tamen est ἁδωσίαν, passus fuisset.

93. ALTERVM Communicationis Idioma- tum genus Cyrillo κοινωποιία dictum, spectatur in executione officij CHRISTI, ubi persona Mediatoris munus illud perficit non unius duntaxat nature respectu, sed utriusque: secundum regulam Leonis Romani, in Synodo etiam Chalcedonensi approbatam: Vna natura agit cum communicatione alterius, quod cuiusque est proprium.

94. Atque ita non secundum alterutram duntaxat naturam, vel hanc, vel illam: Sed secundum utramque Christus noster est Mediator, Redemptor, Rex, Sacerdos, caput & Pastor.

95. Fundamentum & causa hujus secundi generis est una CHRISTI persona, ex duabus quidem constans naturis integris, ac proinde etiam quoad actiones cuiusque proprias distinctis: Ita tamen respectu unius effectus sive ἰσοτι-
λέσμα-